

Epitaphium

V I R O

Antiquitate Generis & Virtutibus stupendis

conspicuo

DNO. DANIELI
WACHSCHLAGERO,

Scabino Palæopolitano

Ipsa solemnis funerationis die

Anno M. DC. XCIII.


Die XIV. Octobris

festinante manu & mœsta mente

erigere voluit

FRIDERICUS BARTSCH

Regiomontanus P. C.



THORUNII,

Imprimebat Johannes Balthasar Bresler.

2581



* *
*

Eus Viator!

Hoc saxum Te rogat,
ut sibi dissimilis sis & fleas

Vir

Innocentia notus

Iustitia Clarus

Officiis promptus

Colloquio jucundus

Pietate decorus

DANIEL WACHSCHLAGERUS

antiquo & nobili sanguine
oriundus

Scabinus Palæopolitanus

Vigilans incorruptus, & verus æquitatis

Antistes

sub hoc saxo requiescit molliter

Mors non claudit oculos, aperit,

& si vis videre mundi fumos,

veni ad cineres.

Invida fors virum subito intercepit,
& rem bonam spemq; simul subhastavit.

Qui

Primoribus gratus, vulgo venerabilis,

omni-

omnibus charus erat,
nunc angustis clauditur afferibus.
Civitatis jura sine privatorum injuria
sustinuit.

Inter politicas ambages
subitisejus consiliis maturius nihil prodiit:

Tam ingenti animo,
Tam illustri ingenio,
Tam prudenti judicio,
Res tractavit Patriæ œconomicas,
ut nunquam vel fortunæ adversitate,
vel negotiorum diversitate fuerit obrutus.

Immortalis Vir!

Ideo tantum mori est visus;
Ne humanarum legum vindex, Naturæ leges
infringeret.

Hinc moriturus animum habuit constantem,
tulitq; secum

Crebro dictitans:

DUC. ME. DOMINE. QVO. VIS.

ET. SI. DUXERIS.

QVO. NOLIM. SEQVAR. TAMEN.

O Christianam philosophiam!
Eheu! tantum sidus non absconderet terra!

Fa-

Factum bene.
Etiam Sol occidit.
Totus attamen non interit Vir Magnus.
Vivit pars Wachschlageri
in immortalis æde,
in memoria Senatus Amplissimi.
in pectore Fratrum Nobilissimorum,
in animo Civium.
in virtute liberorum
in voto Cognatorum & agnatorum.
Abi Viator!
Te quoque hoc decretum manet:
MORIERIS!
sed ut beate moriaris,
quotidie mori ne detrecta.



113380